



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XLI. De Æstimatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

neralis non præfertur rigori in casu speciali. Unde ex Bald. *conf. 253. nu. 3. vers. pro quo probando. l. 5. colligit idem Cardin. Tusch. tom. 4. lit. G. concl. 36. n. 28.* quod quando rigor est specialis, & æquitas generalis, præfertur rigor ratione specialitatis. (Multi tamen hodie malè æquitatem ex cerebro natam observant. *Hcig. l. q. v. est. 37. n. 12. Lyd. lib. 7. c. 39. Parth. litig. lib. 1. c. 12. n. 10. And. Fab. in præf. Error. prag. Guil. 2. O. 23. n. 20. Hering. de fidejuss. c. 5. n. 15.*)

XL.

ÆQUITAS est quædam factorum convenientia. *arg. l. Julianus 17. ff. de jud. & restitudo iudicii naturalem sequens rationem. Bald. in l. omnes populi 9. n. 19. ff. de iustitia & jure. Decian. conf. 36. n. 42. lib. 1.* Est ipsa iustitia naturalis, & in effectu differt à Jure, quia per disputationes Jurisprudentum eliminatur æquitas, & fit jus scriptum, prout dicimus de scypho argenteo eliminato producto à naturali materia argentea, *Fulgos. in l. 1. n. 7. & 8. C. de legib.* Et est quædam æqualitas de se ipso in alium, secundum naturam, ut Quid tibi non vis fieri alteri ne feceris, de qua *in tit. quod quisque Juris*, & ideo æquitatem dicit lex naturalis, neminem cum alterius detrimento locupletari, *l. jure nature 206. ff. de regul. juris*, & ita eleganter tradit Cardin. Tusch. d. lit. E. *concl. 310. n. 1. cum seqq.* unde Calderin. *conf. 267. in princ. vers. multo, aliàs. de rebus Eccles. non alien.* ait, quod omnis contractus ut est donatio, unio, & translatio de consensu, & ex causa rationabili, dicitur super æquitate naturali fundari, & Guid. Pap. *decis. 362.* ubi quod non reperitur major æquitas, quàm quod res restituatur domino suo, & Caltrenf. *conf. 164. In præsent. num. 6 lib. 2.* ubi quod ex æquitate fuit introductum, ut filius succedat in locum patris, quando agitur de successione cum patruo, *Alex. conf. 26. Considerat. n. 1. li. 4.* ubi quod æquitas requirit quod bona ascendentium æqualiter dividantur inter filios, *Petr. de Anch. consil. 57. Quedam. n. 3.* ubi quod ubicunque iudicis arbitrium intrat, debet æquitatem servare, *Signorol. consil. 139. n. 6.* ubi quod æquitas dicitur mater exceptionis, ita ut exceptio dicatur esse ex æquitate.

XII.

ÆQUITAS in paribus causis paria Jura desiderat, *l. fin. C. ad Leg. Falcid. cap. cum dilectis 4. de confirmat. utili. Anton. Monach. Lucens. decis. 55. n. 34. & Bononiens. decis. 62. sub. num. 4. & Florent. decis. 18. n. 19. & decis. 70. n. 45.*

CAP. XL.

De Æquivocis. v. infra ambiguum.

Errorum genetrix semper est æquivocatio: nec Philosophis tantum sed & JCtis naufragium minatur, vid. *Scal. l. hist. anim. sect. 12. in fin.*

CAP. XLI.

De Æstimatione.

Axioma. I.

Æstimatio regulariter facit emtionem *l. 10. §. 4. & 5. l. 16. ff. de jure dot. l. 3. pro empt. & debitorem constituit accipientem. l. 5. C. eod. Wesenb. in parat. de æstimat. act. n. 5.*

Exemplum est in *l. 31. Locati. l. 52. de donat. int. vir. & ux.*

Excipe 1. nisi repugnet voluntas contrahentium: nempe si convenit, ut ea ipsa res quæ æstimata est aliquando reddatur, ut in *l. 21. C. de jure dot. l. 50. sol. matrim.*

2. Nisi contractus non sit dominii translativus. *l. 3. Locati. fac. reg. l. cum manu sata 80. §. nemo. 3. de contrah. Empt. P. de Ubald. de duob. fratrib. p. 8. quæst. 19. vid. Socin. in reg. ubi hoc tantum actum videtur, ut periculum transferatur, non dominium. l. 1. §. ult. de æstim. act.* Nisi quis ipsam quoque æstimationem in se receperit, vid. *Ant. Fabr. in rat. ad l. 5. §. 3. Commod. vel contra exemplum* vide apud *Carpzov. p. 2. Constit. 37. def. 19. in fin.*

3. Limitatur hæc regula: Si æstimatio fiat in ordine ad alium contractum, puta si quid æstimatum tibi dederò ut alii vendas. *l. rogasti. u. de R. C. l. 17. §. 1. de præscript. verb. C. 1. de jure dot. th. 8. & 13.*

4. Limita quando pretium non est condignum rei, *Bald. in l. 1. vers. tertio quæro. C. Commod. ref. Aret. conf. 84.*

5. Limita si æstimatio facta est ex necessitate, *Amad. de Pont. quæst. 25. n. 13. & seq. Andr. Rauch. p. 2. q. 29. n. 22.*

Unde patet æstimationem non idem esse quod pretium, cum etiam æstimatio sine Emptione, pretium sine ea esse non possit; Imò substantia Emptionis consistat in pretio, *l. 72. de C. E. pretium vero de suo debet da-*

re,

re, quoniam id omnino debet facere accipientis, *l. i. de rer. permut. l. ex emto. ii. §. i. de A. E. Cujac. ad lib. 30. Pauli. ad Ed. in l. 2. de Afl. act. p. 487.*

II.

Æstimatio transfert periculum in accipientem.

Hujus regulæ ampliaciones & limitationes vid. apud Carpoz. lib. 1. conf. 106. per totum.

III.

Æstimatio rei immobilis probatur secundum æstimationem reddituum, quæ inde percipiuntur. text. in *l. si quos 16. C. de rescind. vend. ibi: reddituum quantitas æstimatur, & gl. ibid. text. in l. si fundum 92. de leg. 1. ibi, excusso pretio ejus fundi. Jaf. pulcrè ibid. n. 2. cum seqq.*

Fallit hæc regula in pretiosis etiam illustribus magnatum ædificiis, quæ plus habent sumptuum quam fructuum: in quibus Bartol. potius servanda praxis in *l. 2. C. de rescind. vend. quod earum rerum æstimatio peritorum judicio facienda sit.*

Nam ejusmodi res plerumque solent esse steriles, ut loquitur textus in *l. fin. §. 4. v. Sin autem non habeat. C. de bon. quæ lib. Bald. ibid. n. 1. Gail. de pig. 18. n. 12.*

Quin & plurimum in æstimatione ineundæ valet opinio hominum *Ottav. Simon. de decret. lib. 3. tit. 8. in spect. 12. n. 86. vers. videmus enim per l. 63. ad Leg. Falcid. Carpz. 5. conf. 47. n. 16.*

Æstimatio vera & justa præsumitur, quæ partibus placuit, *Reus. 3. conf. 12. n. 51.*

Nec enim plurius aut majoris est pretii, quam prout Emptorem invenit. *Marb. Coler. de process. execut. part. 3. c. 9. n. 93.*

IV.

Æstimatio pro pretio accepta succedit loco rei, *l. 22. de petit. hered. leg. 2. §. 3. vers. sed etsi. de hered. vel act. vend. l. Imperator 70. §. ult. ubi Bartol. num. 1. & l. seq. de leg. 2.*

Amplia quod non modo hoc procedat in universalibus, sed & in particularibus. *Bart. in l. 15. qui a debitore 9. ff. quæ in fr. cred. per text. in l. 1. §. ult. ubi Bald. ff. de positi. vid. de leg. hac de re Carpz. 5. conf. 47. n. 14.*

V.

Æstimatio quotiescunque non ad judicem sed partem refertur jurisjurandum in litem continet. *Bach. 1. disp. 21. th. 12. lit. G.*

VI.

Quando legatum nullius momenti est, nec æstimatio ejus debetur, *§. 4. vers. sed sit alis. l. de legat. Finckelthuf. de Feud. 6. th. 7. Cujac. tract. 8. ad Afric. l. 37. Mand.*

VII.

Quotiescunque res æstimatur, ex veritate æstimatur non affectione, *l. si servum*

33. ad L. Ag. l. pretia rerum 63. I. in Falcidia 42. ad L. Falcid. l. un. vers. in aliis, ibi: quod revera. C. de sent. quæ pro eo quod interest.

Fallit 1. quando utilitas est juncta affectioni, velut si libro diu usus sum & multa ibid. scripsi. *l. videamus 4. de in lit. jur.*

2. Hæc regula non procedit in casibus à jure expressis exempl. in *l. non tantum 6. de Appellationibus.*

3. Locum non habet in minore *l. si in emtionem 35. ff. de min.*

4. Fallit in casu *l. competit 16. §. 1. ff. quod vi aut clam. & in casu gl. ib.*

CAP. XLII.

De Æstimatione rei perditæ.

Rei perditæ debetur æstimatio.

Procedit hæc regula si res perditæ sit citra culpam in debitore generis *l. n. C. Si certum petatur. Secus si sit debitor speciei l. 26. §. 1. l. 36. §. ult. de leg. 1. l. 23. l. 91. pr. & §. 1. de V. O.*

Si perditæ per culpam debitoris ante litem contestatam res æstimanda permittitur juramento actoris *l. 5. §. ult. de in lit. jur.*

Si post litem contestatam perditæ dolo debitoris, in b. f. judiciis reditur ad jusjurandum in litem.

Si sine dolo judex aditur, qui in stricti juris judiciis inspicit tempus litis contestatæ *l. 3. §. 2. Commod. l. 22. de R. C. in b. f. act. tempus rei jud. d. l. 3. §. 2. l. pen. de condit. Tricar.*

CAP. XLIII.

De Ætate, juventute.

Axioma I.

Ferè in omnibus pœnalibus judiciis & ætati & imprudentiæ succurritur. *l. 108. de Reg. Jur.*

Ratio quoniam delicta ex judicio & animo doloso veniunt, arg. *l. 1. de Sicar. l. qui injuria 53. ff. de furt. l. quod reip. 33. ff. de injur. l. cum autem 23. §. excipitur 2. ff. de edil. edit. quod consilium in junioribus non est perfectum.*

Ad declarationem hujus regulæ maxime est notanda distinctio ætatum, de qua latè videri potest *Borch. in suo tract. feud. c. 5. n. 46. & imprimis consideranda infantia, Impubertas, minorennitas & Senectus.*

Infantia ex communi Dd. opinione durat usque ad 7. annum *l. 18. C. de Jur. delib. gl. in §. pupillus. vers. infans. Inst. de inut. stip. Menoch. de arb. jud. quæst. 2. cas. 57. n. 2. & 7. De hac ætate omnes conveniunt quod omnino excuset *l. 12. ad L. Corn. de Sic. Dd. magno num. cit. à Carpz. in praxi crim. p. 3. q. 143.**